

2133

LITURGICI.

2134

seiner auserwählten mueter. Vnd die fürchömen bat mit seinen genaden an (sine) all sünd. Vnd bat sey veraint dem leichnam an alles mail der angeporen sünd. Dabo etiam Hymnum Completorii e fol. 223. p. 2. Dich vor dem enndt des liechts schöpfer aller ding pitten wier das du mit der gewöhnlichen mildigkeit seist vnser bischof zu der buet. Herr von vns weichen die trawm vnd der nacht all gespenst vnd vnser veint vnterdruckt das die leichnam icht gemailigt werden. Got dem vater sey glori vnd auch seinen ainigen sun mit dem heiling geist troster vnd nu vnd ymmer ewigleich. Amen.

DCCCLXXXIX.

R. 2157 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 72. f. max. caractere praegrandi, crasso exaratus, coloribus illustratus, et quibusdam elegantibus Initiorum picturis ornatus *Psalmodiam Horarum* canonicarum a *Prima* ad *Vesperas* complectitur, cui accedunt *Cantica* et *Hymni* iis Horis respondententes, praefixo ubique Schemate notis musicis expresso. Cui Ecclesiae deservierit, non exprimitur; adpietus tamen pag. I. visitur sanctus quidam Episcopus, et alter, quem, quod Agnum libro infidentem defert, *Jobannem* Ap. et *Evang.* interpretor. Interim Literae Initiorum proxime ad eas accedunt, quibus Alumnus *Carthusiae Brunensis* in sua, quam dedi, *Chori Psalmodia* a. MDV. usus est. In *Denis Codd. Theol. V. II. P. III*

antior Theca superest primum *Calendarii Quadrimestre*, e quo tamen nihil eruas.

DCCCXC.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2183 XIV. Folior. 161. 4. luculente et eleganter exaratus, coloribusque illustratus *Capitulare* et *Orationarium* est *Officio Chori de Tempore* et de *Sanctis* per annum deferriens, cuius *Προλεγόμενα* recensenda sunt. Initium a *Calendario*, e cuius *Januario* mox *Codicis Auctorem* adgnoscas; ad diem enim 27. anno 1583. notatum est: *Anniuersarius Omnium progenitorum, propinquorum, notorum, Benefactorum, fidelium: Serenissime ac Illustrissime Domine Domine Elisabethe, bis Regine: feria secunda proxima post Dominicam Circumdedeunt; in Septuagesima. Ad 10. Junii* legitur *Anniuersarius domini Hainrici Junioris De lipa*; nam Senior Vir potens et *Moraviae* Promarchio adtributis *Coenobio Brunn.* ab *Elisabetta* fundato Bonis sepulturam sibi suisque ibi delegerat a. 1329. defunctus. Ejusd. 21. ut jam in alio Opere *Psalmodico* retuli, *Obiit Inclitus Wenceslaus rex boh.* cui a manu, quae *Januarium* notaverat, additum: *Anniuersarius Principum Dominorum: Venceslai ac Rudolphi Boh. et Polo. Regum: et Domine Elisabethe Conthoralium. Ad 3. Julii: Obiit generosus rudolfus rex bohemie. Ad 28. Augusti: Anniuersarius ducisse; sed cuius? Ad 19. Octobris: Anno Domini M°*

Z

CCC°